

M. II

Q. B. P.

IGNIS SACER,

Permisu

AMPLISSIMI COLLEGII PHILOSOPHICI
In Illustri Academia Aboënsi,

P RÆS I D E

V I R O P RÆCLARISSIMO

D N. M. J O H. B E R N H.
M U N S T E R /

Phil. Pract. & Hist. Prof. Reg. & Ord.

D I S S E R T A T I O N E G R A D U A L I ,

P u b l i c o e r u d i t o r u m e x a m i n i s u b m i s s u s

â

Z A C H A R I A J A C. F R O S T E R O ,
Bothn.

I n A u d i t : S u p e r : M a x i m o , d i e 22 J u l i e ,
A n n . M . D C . X C . I X .

A B O Æ ,

E x c u d i t J o . L A U R E N T . W A L L I U S .

Mon: Edv: c: statu

654

LEGENDA ARENAE

PER PETRUM

AMPLIAMENTE COMITATU
MAGISTERIO PONENDO

IN VENDETTA MALLEO SILENTIA

TRADITIONE

ACCEPTO IN SEPARATIONE

PRO TOTI HABETUR

CONCORDIA VINCIT

INTERGREGATIONE SEDIS

DISCUSSIONE CONCILII

YUGA PREDICATORUM CANTABILIS

LEGENDA ARENAE



CAPUT PRIMUM.

Aeturo, de Igne Sacro, Gentilium Studia circa eundem, conferre licet, vel potius in abusum, paucis inquirere, quo sic existentia Ignis Sacri, ex humanis illustretur suffragiis, indeque materiæ elaborandæ facies, clarius elucescat. Sunt Auctores, qui ex eodem fonte, tandem, ad militiæ cœlestis seu siderum cultum, impios ascendisse existimant, nosque, de utroque, ad historias *Ægyptias*, *Chaldaicas*, *Perficas*, *Græcas*, *Romanas*, &c. ablegant. Qvis autem primus, ignis cultum instituerit, disqviritur? Hebræis nonnullis non facile assentimur, qui Henochum statuarium fuisse, omnisque generis idolatriæ auctorem, ex Gen. 4.26. eliciunt, conf. Glauch. de concord. ubi iste locus,

ex professo evolutus pag. 73: Potius i-
 taqve dicendum, qvod interna & sub-
 tilis idololatria, videtur, primum sedem
 suam fixisse in Caini familia; sed ex-
 terna & crassa, consistens in publico i-
 dolorum cultu, videtur, adscribenda
Chami nepotibus; atqve ex his pri-
 mus, ut ajunt, ignem colere, Nemrod
 jussit. Qvibusdam, videtur verosimi-
 lius, Nemrodom esse eum, qvi Gent-
 bus, Belus, h. e. *Dominus*, dicitur. Nar-
 rat S. pagina, *Noachum genuisse Cham*,
Cham Cbus, Cbus a. Nembroth, cuius prin-
 cipium Regni Babylon, qvi robustus ve-
 nator & potens fertur, atqve tyrannus
 & idololatra. Siqvidem, ut habetur
 in traditionibus Hebræorum, is latri-
 am ignis, seu cultum divinum ignis
 habebat, & ad eum, alios compellebat,
 imo, in famosissimi Babylonis Templi
 suprema parte, perpetuus ignis ardebat,
 spiritu fallaci, sacerdotibus, verba sub-
 ministrante. *Peucer. de Divin.* נרגל hæc
 sacra vocasse vetustissimos Chaldæo-
 rum, ex initio vocis gentisqve condi-
 tione

tione, probabiliter colligit Selden. Synt. 2. c. 8.
 qvasi a ניר & גל גל גל factum, qvod,
 utcunq; ita, vel fontem ignis lucisve; vel i-
 gnem aut lucem versatilem, imo mea ideo
 poterit interpretari. Et optime, cum igne
 inextingibili, qvem in Sacrariis illis ser-
 vabant, convenit. חננים Hebræis esse di-
 eta, talia Pyrea, contendunt nonnulli, הום
 enim est calor, unde חם sol vel ignis, a
 qvo חננים octies etiam in scripturis
 occurrens; verum, alii, simulacra solis, a-
 priu loco, calorem solis excipientia, intelligunt,
 inde Vulg. simulacra, fana vertit. Cre-
 dibile est, ab eo, qvem diximus, cultui,
 אוֹר i. e. ignis flammæ, vocatam Babylo-
 niæ urbem, qvæ aliter Uriæ & Camina.
 Fuitq; nomen proprium civitatis
 non appellativum. Plinius, Uram po-
 nit trans Euphratem, & mansit loco,
 nomen, ad Amman: Marcellini usq; tempora.
 In civitate Ur, natum Abra-
 ham, est verisimile, qvando ex ea dici-
 tur profectus, & Haran fratrem, super-
 stite adhuc patre, ibi mortuum constat:
 Gen. II. v. 28. 31. Tradunt Rabbini. Haran

igni injectum, periisse, cum ignem, tan-
quam DEUM, more Chaldæorum, ado-
rare noluisset. Abrahamum etiam, qvi
palam, idololatriam increpaverat, con-
simili modo igni traditum, sed non ali-
ter, ac in fornace Babylonica, juvenes,
incolumem conservatum, ex Chaldæa
secessisse. Cui narrationi, occasionem
dedit, Ur Chaldæorum. Assentit his i-
psis, *Augustin:* afferens, ad *Jos&ph: c. 24. n. 2.*
qvod una domus Tharæ remanlerit,
in qua, plantatio Civitatis DEI, in mul-
tarum superstitionum diluvio, custodi-
ta sit; sed *Textus ex Josua* clarior vi-
detur, qvam ut domus Tharæ, a su-
perstitionibus immunis, fuisse, proba-
ri possit. Et Abrahamum fuisse idolo-
latram, communiter statuunt, nostrarum
Theologi, qvam *Philologi*. Imo, ipsum quo-
que Abrahamum Zabiorum innutritum
superstitionibus, magno consensu docent,
non *Arabes* modo & *Hebrai*, sed & *Chi-
stiani Doctores*. Qvod cum ita sit, non
adeo differt, zabismus a Chaldaismo, ut
idem, diversis nominibus significetur

ac notetur, imo vero *Salmasius* in praf.
Diatr. de An. Climat. putat, Zabios, fuisse
 Chaldæos, Mesopotamiam inhabitantes.
 Latius, autem, hoc zabiorum nomen ex-
 tendit *Spencerus* in opere *de L. Rit: Hebræ:* &
 cum eo, qui faciem ei prætulit, *Cl. Hot-*
ting. Thes. Phi: sect: 8. p. 56. *Sabæos, Chal-*
daeos, Habataeos & Charanæos, quo ad ria-
 zus, Ceremonias, universamque supersticio-
 nem, scriptoribus Arabicis esse eosdem, asse-
 rens: *Sabæos*, autem, esse posteros *Sabæ*, filii
Chusi, Chami nepotis, Arabia felicis, incolas
 prodidit idem *Hotting:* Verum, hæc no-
 minis derivatio, non potuit se eruditis, o-
 mni ex parte probare, siqvidem, Mu-
 hamedem, nominis hujus auctorem in-
 ventoremq; esse, qui &, in Alcorano suo,
 non infrequentem Zabiorum facie
 mentionem, semperque per & notat, fir-
 miter sibi persualum habent. Quid?
 qvod asslerere audent, Zabiorum no-
 men, in nullo, paulo qvidem antiquio-
 re, Græco, vel Romano, Scriptore in-
 veniri: *conf. nomin. Spenc. de Leg. Heb: Rit:*
p. 241. Non levis, itaq;e, conjectura est,

quod, sicut *Syri*, *Perse*, *Chaldae*, *Arabes*,
 aliiqz, superstitionis nomine noti, phra-
 si Script: familiari, dicantur בְּנֵי קָהָם filii
Orientis sive Orientales, ita etiam Mu-
 hammedes, ex consuetudine Judæorum,
 eosdem, vocabulo Arabico צְבִים צְבִים iudeas
 מַשְׁהָן, expresserit. Quid? qvod optima
 nominis impositi ratio conveniat, si si-
 tum regionis Chaldaæ spectesse est, nam-
 que, hæc Arabiæ, ad orientem, confinis.
 Sciendum, ergo, Zabiorum Religionem,
 primo e Chaldaæ profectam, eandem
 fuisse, cum veterum Chaldaeorum pro-
 fessione nomine tenus distinctam, ut
 sæpiissime in sectis fieri videmus. Qvan-
 do, vero, orta, vel, qvo cum successu
 Arabiam, Persiamque invasserit hæc
 Religio, porro dicemus. Traditur, a
 Scriptorib. Arab. constanter, Serugi tem-
 pore zabæos caput extulisse. Conf. Joh.
 Selden. de Ju. N. & G: Scilicet, qvod die-
 bus Therachi, filii Serug, extiterit Persa
 qvidam nomine zorodast (zoroastres,
 cui Epiph: Justin: & alii, magiæ initium
 tri-

tribuunt) atque is auctor fuerit religio-
nis, veleandem, primus, publicaverit.
Hunc, enim, Ignis colendi ritū, tradidisse
hominibus, ac DEI mysteria nunciasse,
narrant. *Huet: in Dem. Evang.* magno
authorum concensu, rationumque pha-
lange, *Prop. 4. c. 5. p. 130.* docet, Zoroastrem
esse Mosen. Utut sit, Persarum, autem,
DEUM fuisse, ignem, quem in omni
Sacrificio in primis invocabant, nemo
facile negaverit. Strabo, tanquam o-
culatus testis, hoc affirmit l. 15: Vocem
חֶבֶר utut etiā, Thalmudicis notissimam,
obscuram tamen Buxt: Lex: p. 704., in
Persia esse natam, ibique Persise voca-
ri Igniculos Magos **חֶבֶר Gaber**, *quasi*
peritum, doctum significans, qui adhuc
supersunt superstitionis suae tenacissi-
mi, docet Hotting. De quibus est
proverbium: *Licet Gaber (s. Ignicola)* per
centum annos accendat ignem, tamen, si vel
semel in eum incidat, comburitur. Hinc Eu-
phrates Perla, corpus suum vetat cre-
mari, ne ignem inquinaret. Ignem, e-

nim, polluere, illis, acerbius est acerba morte. Nota item sunt, Persarum Pyreæ, in quibus, æternum ignem non servabant modo, sed & pro DEO colebant. Et, ut cæteras raseam, sunt, in Lydis, qui Persisi nomine vocabantur, urbes; Hiero-Cæsarea & Hypæpa, ac in templo utriusque urbis amplissimo Cellæ cum Aris, superque his, cinis, alio longe calore a vulgari cinere. Huc ingressus Magus, ubi, foco lignis impositis, caput tiarâ velarit, implorat cognomen DEI, quicunque ille sit, ex libro enim carmen recitat Barbarum, ubi peroravit, sponte sua e lignis, nullo igne admoto, purissima emicat flamma. *Id quod Pausan. se vidisse testatur lib. 5.* Idem cultus hodie obtinet, in inclyta Persarum urbe, Spahan. Eam interfluit fluentum Senderot: pars, transfluentum constituit oppidum, *Zulfa*, ubi Christiani degunt, qui Armenii dicuntur. Cis illud, vocatur oppidum *Gaurisbas*, Gentilium sedes, qui veterem Persarum cultum retinent. A Persis, hunc cultum acce-

acceperunt Cappadoces. Nam in Cap-
padocia, est maxima magorum multi-
tudo, qui Pyræthi vocantur, & multa
Persicorum Deorum templa, fatente
Strabon: l. 15. Sunt & Pyræthea, septa qvæ-
dam ingentia, in quorum medio ara
est, in ea Magi, & cinerem multum,
& ignem perennem, servant. Narrat
deinde, qvomodo in Pyrætheis sacra-
fiant, scilicet, ad eundem fere modum
ut ex Pausan. modo retulimus. Nec
Cappadoces, in eo modo, æmuli fuere
Persarum, sed etiam Phryges, Lavinien-
ses, Albani & nescio qui? Et quanto-
pere in Asia, radices egerit insana
hæc religio, documento erunt, qvæ, in
Itinerario suo prodidit Rabb. Benjami-
nus, (is, a Christi dicitur, vixisse natali
CIC C. LXXIV.) ac ab *Aria* qvidein *Mon-
zana* Latine redditus, sed beneficio L'
Empereur, Hebraice, primum, lucem vi-
dit. Is Benjamin: narrat, ut in Che-
nerag, insulis Asiaticis, incolas repere-
rit, ignis cultores, vocariqve *Dugbijim:*
ac Sacerdotes ejus numinis, sic praftigiis

cæteros orbis exsuperare, ut æqvipari hac parte, possit nemo. Videamus nunc de vicina Ægypto. Vulcanus, per quem, partim ignis, partim ejus artificium, intelligebatur, in Diis erat Ægyptiorum. *Imo, immortalem servabant in delubris ignem, inquit Porphyry: Diodorus quoque. Sicut:* propter repertum ignem, primum, Vulcanum, Ægypti regnum tenuisse, commemorat, quem, patrem solis esse dixerunt, quia sidera crediderunt esse ignea. De quo apud Virg. *Aen.* 4. carmen:
Centum oras posuit, vigilemque, sacraverat ignem
Excubias Divum aeternas

In templo Herculis Gaditano, ignem arsisse perpetuum, tradit *Silius*; siqvidem, ipsos Ægyptios, primos templorum fundatores fuisse, seculo Herodoti invaluic sententia, etiam Luciani ævo creditum. Factum id pariter in templo Jovis Ammonis. Qvod ad Græcos, Ægyptiorum vel Chaldæorum discipulos, ut & Romanos, attinet, utrisque ignem, qui nunc *esta Vesta*, nunc *Ἥρας*, sive *Vulcanus*, dicitur, sacro sanctum fuisse, in confessu est.

Plutarch: in Numa Græcos lege sanxisse,
 ut Delphis πῦρ ἀσθενού, id est, ignis in-
 exstinctus foveretur. Cic. de Romanis lib. 2.
 de Legibus: virginis Vestales in urbe custodi-
 unt ignem, foci publici, sempiternam. Et
 probabile valde est, una cum cultu ab
 Oriente, quibus DEUS, ϖν οὐτ ipfa æ-
 terna lux & ignis, dici solebat, vel persona
 solum mutata ϖν οὐτ tu es ignis, non
 absimili modo, ut apud Græcos saluta-
 batur ἄτης, ἄτης; cumq; pleraq; omnia
 sacra vocabula, sint ab Oriente, etiam ēstia
 sive Vesta esse, ab ϖν & ηι, uno ex DEI
 nominibus, ut sonet κατὰ λέξιν ignis DEUS,
 vel potius Ignis Dei, eoque propriæ sym-
 bolum potius Numinis, quam Numen
 ipsum sonet. Eadem, vero, teste Cice-
 rone, Latinis est Vesta, quæ Græc. ēstia;
 ex qua voce quoq; formatur. Solebant en-
 prisci Græci, (teste Dionys. Halicarnassæ l. i.
 Anti. Rom.) maxime Æoles, nominibus,
 a vocali incipientibus præponere sylla-
 bam ou scriptam uno charactere, qui
 & similis duplii r, ad rectam lineam
 duabus obliquis additis, ut Félix, Fórum,
 Fara

Fusq; &c. Æolus, ergo, digamma eundem sonum apud Græcos habuit, quem apud Latinos V consonans. Hinc igitur Latini, qui linguam suam; Æolicæ dialecto, fere, acceptam referant, innumeris, quas habent, Græcis vocibus, a vocali incipientibus V. cons. præfixerunt. Unde οὐρὸς vinum, ἐσπέρα vespere; ίς vis, ἡρ ver, ἑστίς, vestis, & ἑστία Vestæ. Qvod, quidam Vestam, a vi stando, deducunt, indeque, hoc Vestæ nomen, etiam telluri, quasi vi stet tellus, attributum, cum rationes ejus notationis sunt in propositulo. Censetur enim, id factum ab Aucto-ribus, propter vapores, quos terra emittit in alimentum ignis cœlestis, vel propter ignes subterraneos, vel denique quod ignis sit permixtum & aquis & imprimis terræ. Videatur Lipsius de Ve-stalibus, & dissertatio heic loci habita, sub Præsidio Adm: Rever: Dn. DAVID Lundz/ cum cura Professionis Poëseos incumbens S. S. Theol. Professor. Ord. neq; enim omnia, quæ de iis dicenda essent, hic perlequi licet. Dicebatur, præterea, Ignis, ἥψιστος Lat.

Vulcanus. Bochardo conflatum nomen
 ἥΦαιστος ab heb. נָשָׂא אֵב pater ignis. vel
 secundū nonnullos a θεῷ τὸ ἥφαιστον, quod
 est accensum esse. Non omnis ignis cense-
 batur Vulcanus, sed subcœlestis nomi-
 natus est ἥΦαιστος. Nec omnis iste sub-
 cœlestis est Vulcanus habendus. Nam, ut
 vidimus, Vesta est ille in focis publicis,
 terebratione ligni felicis, vel per fomi-
 tes ex sole, flamma purus & cœlestis, e-
 liciebatur ignis, curaque humana per-
 petuus. Sed Vulcanus, non terebratio-
 ni debet originem, neque in publico asser-
 vatur foco, sed partim in nubibus exar-
 descit, Unde Vulcanus Jovi dicebatur fa-
 bricare fulmina: partim est sub terris,
 unde & subinde erumpit: partim in sa-
 crificiis Deorum conspiciebatur: partim
 privatis usibus illucebat, partim deniq̄ in
 fabrorū fornacib⁹ armis inserviebat cu-
 dendis. Atq̄ hic ignis, potissim ū, Vulcani
 nomine capiend⁹. Inde etiā ignis, a Siculis
 albatur in Aethnaeō Vulcani templo, imo
 eundem arcisse in omnibus Græciæ ur-
 bib⁹ probat Cappaub: in atheneum. Gen-

tes Europæ quantum tribuerint huic
 cultui liquido patet. Vulcanum, seu i-
 gnem, cultum esse Germanis, auctor est
Cesar t. 8. de bell. Gall.: imo, ut idem ait,
 præter solem lunamqve, cultus est illis
 solus. Nec ita pridem, ignis perpetui
 servandi ritus, exolevit apud Lithua-
 nos, Samogithos & Muschovitas, cum
 qvibus, olim per Armeniam & Iberiam,
 ut hodieqve, commercia Persis esse po-
 tuerunt: cum præsertim, celeberrimum,
 in Caucaso, Regionibus illis, imminen-
 te, Pyreum, per multa secula irestinctum,
 perseveraverit. Hunc a Persis ri-
 tum, accepisse traditur Sarmaticaæ Gen-
 tes; & vetustissimum qvidem hoc est, cum
 Sauromatas ignem venerari tradiderit
Clem: Alex: confirmante hoc ipsum ma-
 gis, qvia a Lithuanis gente Sarmati-
 ca, priusquam Christum amplecteren-
 tur, honore divino cultum esse, quem
 dixer *Znick*, scribunt, qvi de Sarmatia
 Europæa egere. Credibile quoqve est,
 ignem, in Septentrione, pro DEO habi-
 tum cultumqve. Nam, ex Asia ple-
 raq

raque qvæ ad priscam Svecorum vici-
 narumque gentium Religionem perti-
 nent, traducta esse, fama pervetusta est,
 dicente *Celsio in Comp:* Qvare, non temere
 forte quis existimet, ignem, qvem no-
 stra lingva ell *vocamus* aut eld/ qvod cul-
 tu honoreqve, qvi æterno Numinis de-
 bebatur, maestatus sit, nomen qvoqve
 veri DEI occupasse; qvi ™ Hebræo-
 rum lingva nominatur. Qamvis etiam
 aliæ derivationes prostent, ut ex Heb:
 ™ splendorem denotans, inde forte Sveci-
 cum Eld & Heliq. B. D. Sven. tamen,
 eld/ a potentia, El fortis, mavult dici, in
 Gymn: p. 76. atqne hinc est, inquit, qvod
 ignem, in llr Chaldeorum, pro DEO colue-
 rint. Ad similitudinem hujus idolola-
 triæ, UR, instituisse Magogetas, cultum
 Ubsal: Thori volunt qvidam propter no-
 minum conformitatem. Qvod licet Lect.
 judicandū committat Baazius in Hist. Eccl.
 tamen intendisse majores, ista instituti-
 one, cultum Numinis Cælestis probat.
 Nam, cum certum sit, multa nomina, ex
 Heb: primisqve Patribus postdiluvianis
 esse

esse desumpta; inde etiam Θορ Thur, significat illis ordinem vel ordinatorem. Cum jam Sveo-Gothi vellent honorare Summum Ordinatorem, in cœlis regnantem, & in nubibus fulminantem, suo Idolo imposuerunt nomen. Solem quoque ipsum, de cætero, priscos in Thoro veneratos esse arbitrantur, indicio eo, quod in simulacro ejus fulgebat, duodecim Stellis, exornata corona. Finnorum Iomala/ aut idem fuit cum Thoro, aut unus ex Diis minoribus, cuius famosissimum templum in Biarmlandia celebratur, de quo cum multa dicenda essent, neque hujus instituti sit ea referre, peritioribus, aut rudioribus, ista relinquimus. Porro, non libet attingere, multiplicem illū abusum, ab heminibus, quoad ignem hunc sacrum commissum, id quod, singularem & pene prolixam, paritum est, disputationem seu orationem. Sicut enim Pontificii hodie extra usum divinitus mandatum colunt superstitiosa impietate panem, sicut multi aquam Baptismo adhibitam su-
pe-

perstitionibus plurimis adhibent malignis, imo quoque, sicut verba Evang. Johannis, adversus morbos collis hominum alligant, aut aliis modis benefici & beneficæ perversè usurpant; ita olim ignem, ex mysterio in sacrificiis Patriarcharum usitatum, dum ignis cælitus descendens absumpsit eorum sacrificium, quia sic cœlitus datum novabant, vel a mystis Iuis Diabolus hoc credi & prædicari voluit, ne hujus miraculi gloria DEO esset peculiaris, variis profanationibus honorarunt. Diabolum enim, etiam in hac parte DEI æmulum fuisse, quia simia est DEI & divini cultus, atq; empæcta, longe est credibile.

CAPUT SECUNDUM.

Nde a mundi exordio in Ecclesia DEI viguit ignis lacri verus reetusq; ulus. (Cujus etiam historia jam breviter pertexenda). Nam hanc legem de igne, simul cum sacrificiis credendū incepisse. Cum enim Adam ne passer culum qvidem ausus fuisset sacrificare,

neque filiis suis, Caino & Abeli id libertatis indulgere, nisi expressum, ut docendi, ita sacrificandi munus accepisset; multo minus ex ratione sua satis validam potuit invenire analogiam inter DEUM, qui est spiritus, & inter externum sacrificiorum ritum. Qvare valde probabile est, una cum hoc mando, etiam ignem a DEO concessum in holocaustorum usum. Et licet in Sacris pandectis expressa hujus rei non fiat mentio, filiique Adami, Cainus & Abel primi sacrificium peregisse dicantur, tametsi & in illo disputari possit, an filii sua sacrificia ipsi succenderint, an vero Pater suffumigaret, DEO interim artioris confirmationis ergo, sacrificium igne novo & cælesti incendente: Accerendus tamen nobis est omnium sacrificiorum ritus primus, atque videndus primo omnium locus Gen. 4. v. 4. 5. Qvo ex loco concludere licet, quod si non ante, certe tunc, DEUS ignem sacrificiis immiserit, qui deinde in sacrum cessit usum, servariqde-

וַיְשַׁע וְהַזֵּחֶל אֶל הַכָּל וְאֶל־מִנְחָתוֹ :
 נָשַׁע וְאֶל־קְרֵב וְאֶל־מִנְחָתוֹ לְנָשַׁע Respe-
 xit autem DEUS ad Abel & oblationem
 ejus, ad Cain vero & ad oblationem ejus
 non respexit. Respicere tam in sacris
 quam profanis, significat, favere alicui,
 misereri ipsius eique opitulari, propte-
 rea, qvod cui bene cupimus eum cre-
 bro etiam oculis respicimus, ut Ger-
 mani dicunt: ich wolt dich nich ansehen.
 Quid etiam divinum favorem Ethnici
 hoc vocabulo significabant, ut apud
 Terent. Hic loci approbare, proba-
 re notat, atque humanitus dictum vult
 Tremell. a principum consuetudine;
 נָשַׁע signif: cum gaudio ac beneplaci-
 to aliquid intueri, sicut matres solent
 intueri filios suos Esa: 66: 12. Chaldæo
 reddit: suscepit munuscum beneplacito; Visi-
 bilem autem fuisse hanc approbationem
 oportet; tum quia Heb. II. 4. dicitur: μαρ-
 τυρεύται ὅπῃ τοῖς δόρσοις αὐτῷ τῷ Θεῷ. Signo
 quodam externo testatus est DEUS, Abeli sae-
 crificium sibi placere; tum quia animadvertis

hoc Cain, neque enim alia ratio reddi potest acerbissimi odii, adversus Abelem concepti, ut non rideat quis Caballistarū nugamentum, æmulationem inde fratrum ortam, quod Adamus despoderit Abeli conjugem formosiorēm. Inflammavit ergo DEUS Abelis sacrificium, unde satanas inflammavit ipsum adversus fratrem non igne cœlesti amoris, sed igne odii & livoris. In hac consideratione recte fecit Theodotion, referente Hieron. q Hebr: verba Mosis rediens: καὶ ἐνπόρεος οὐ inflammavit Dominus super Abel οὐ ejus sacrificium. Servius ad 72. Æneid. Apud maiores aræ non incendebantur, sed ignem Divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria. Fiet id planum firmumque ex aliis locis Scripturæ, huic ipsi similibus, atque aliorum sacrificantium exemplis, ut Abrabæ Gen. 15. v. 17. Aaronis Levit. 9. v. 24. Gideonis Jud. 6. 21. Manoæ Jud. 13. v. 20. Davidis 1. Par. 21. v. 26. Eliæ 1. Reg. 18. v. 38. Salom. 2. Par. 7. v. 1. Neb. 2. Macc. 1. v. 32. Sicut autem leges sacrificia-

ciales cœperunt a lapsu, & in sanctissima observatione fuerunt inter Patres, a Patribus perveniunt ad Patres per traditionem & doctrinam vivam, atq[ue] scripto demum sunt comprehensæ tempore Mosis per Mosen; ita quoque hæc lex de igne, tum simul cœpit, ac semper a longævis patribus ore tenus aliis fuit commendata & non nisi sanctissime custodita. Sic sine dubio ab Adamo & ejus posteritate cara ad Noam usque servatum: Noah ulterius in diluvio intra arcam servavit nutritaque lignis seu carbonibus, reliquias ignium primævorum, quos Patribus e cœlo dederat Jehova. Etsi interea quandoque DEUs novum cœlitus dare voluit ignem, ut sacris istis suis, subinde augustissimam conciliaret divinæ ceremoniæ existimationem. Quod & Noacho factum concludere licet Gen. 8. 21. וְוַיַּחֲזֹק אֶת וַיְחִזֵּק הַנִּיחָח odoratus est Dominus odorem quietis seu suavitatis. Qvod per ἀνθρωπονάθεα non solum dicuntur

sed & metaleptise, ut nempe a posteriori describatur, quod Dominus sacrificium incenderit. Ex incenso enim sacrificio odor est, & tum sacrificia dicebatur DEUS odorari, cum divinitus incendebantur. Hunc Noachinum ignem custodivit sacrosancta ejus posteritas, itaque pervenit ad Semum, & ejus posteros, Heberum, Tharam, Abrahenum. Præterea valde consonum fit Abrahamus divinitus esse admonitum, post singularem suam vocationem ex patria, ut post Semum, vel una cum illo quem in vivis adhuc fuisse tempore Abrahæ ex certa supputatione colligitur, ceu Melchisedecum fuisse Hebræorum atque Philolog. quorundam sententia est, ipse cum suis posteris sacrificiorum curam sulpiceret, adeoque tum temporis post ædificatum altare, novum ignem, tanquam hujus rei novum signum accepisse. Sic in foedere sanctiendo Gen. 15. v. 17. וְהַנֶּה שָׂרֵן וְלֹפִיד אֱלֹהִים Furnus fumans et tempas ignis transibat inter divisiones ipsas ani-

animalis, ac dissectas animalium partes igne consumsit, nullus enim hominum hic ignem apposuit, ut ex hoc divinæ præsentia symbolo, sacrificium suum Deo placere Abrah. colligeret. Olim enim fœdera sanciebantur hoc modo, ut pecudem in duo segmenta scinderent, ac per medium eorum transirent, similem a Deo sui & suorum discretionem imprecantes, si fidem fœderis violarent, quem ritum etiam hoc loco Deus in fœderis cum Abraham sanctione observat. Atque animalia ipsa, quæ hic delata non privato Abrahæ arbitrio, sed instinctu divino, simul sacrificialia fuisse manifestū, quæ non alio quam divino hic accensa fuisse constat igne. Cū filiū Isach pro holocausto immolatus contenderet Gen. 22.6.

וַיְקֹחַ בַּיּוֹת אֶת־הָאשׁ וְאֶת־הַמְּאַכְלָת talit ipse in manu ignem & cultrum (sic enim commodius vertitur, quam per gladium) si alio igne vulgari sacrificare licuisset, utique post triduum iter ex silice & chalybæ suscitare valuisset, ut non necesse

habuerit ignem domo afferre. Quem-
postea ignem Iaac & Jacob eorumque
familiae, in sacrificiis intra terram Cha-
naan institutis, usurpaverint & semper
diligenter servaverint. Aut novum
ignem, Deus dedit in exitu ex Ægypto,
aut Jacobi Patriarchæ seu Abrahami
Ignem toto exilio Ægyptiaco custodivisse
dicendi sunt Israelitæ. Sic etiam novum
acceperunt a Jehova cœlitus in erectione
Tabernaculi & consecratione Sacerdotū,
quo usi deinceps sacerdotes *Lev. 9. v. 24.*
וְתֹצֵא נֶשׁ מִלִּפְנֵי וְחוֹתָה וְתַאכֵּל עַל הַמִּזְבֵּחַ
את־העַלְחָה וְאת־הַחֲלֻבִּים *egressus est ignis a facie Iebovae & consumsi super altare holocaustum & adipes.* Voluit namque Deus
in hoc Synagogæ oreu, miraculo firma-
re veritatem ac sanctitatem legis & cæ-
remoniarum, quarum ipse auctor exti-
terat. Quid? quod adjecerit Deus de
custodiendo igne divinitus demisso, sin-
gularem præceptionem, ut huic divinæ
voluntati *אֶלְקְפִינְדָּה* satisficeret, quod &
diligentissima consideratione astiman-
dum

והאש על־המזבח. Lebit. 6. v. 5. 6. תוקוּ־בוּ לֹא תכבה וְבָשֵׂר עַלְיהָ הַכְהָן עַזִים בָבָקָר בָבָקָר וְעַרְבָה עַלְיהָ הַעֲלָה וְחַקְטוּר עַלְיהָ חַלְבֵי הַשְׁלָמִים: אֶשׁ תְמִיד תִּזְקַד עַל־חַמְבָח: *Ignis super altare foveatur & non extingvatur & accendant super illud sacerdos ligna quolibet mane sc. quotidie & disponat super illud holocaustum & adoleat super illud ad pes pacificorum: Ignis prægiter alatur super altare, nunquam extingvatur.* Ex regula hac divinitus promulgata, quilibet quam optime rationabiliter voluntatem DEI hanc tuisse, ut Patres ignem cœlitus demissum super sacrificia, competentibus mediis alerent & in sacros usus diligenter conservarent. Nec alio igne uti licuit ad expiationes per suffimenta fieri solitas, quam igne altaris. Cont: Num. 16. 46: Sed cum hoc ipso loco eadem sedulitate expendi debet Levit: c. 16: 12. ubi sermo est de כְּפָרָוֹת וְיֻמְּנָה festo expiationis, quod incidit in diem X mensis septimi, quo die S: sacerdos ingressurus in SS: & suffitu expiaturus sanctuarium

non uti debuit alio igne ad suffitum, intra velum, quam igne, quo comburi solebant pecorum carnes sacrificiales extra. Et ut severior voluntatis divinæ constaret in hoc negotio intentio, quod non nisi sacrum divinitusque demissum ignem, in sacris suffitibus & oblationibus admittere vellet, omnino tragicam subjecit admonitionem *in Nadab & Abihu Lev. 10.* De quorum interitu, cum varii varia tradant; Quidam volunt causam mortis eorum fuisse vinolentiam, eo quod cum bibissent aliquanto liberius, sacrис operari ausi essent: Alii dicunt peccasse eos ex inconsideratione & perturbatione, tanquam novellos & inexpertos Sacerdotes, vel denique ex timore, quod novitate miraculi & subiti ignis e cœlo labentis, fuerint percussi, & non ausi accedere ad altare, ut ignem sacrum inde sumerent. Subsistendum tamen nobis est in illa causa, peregrini ignis assumti, non ultrius ad aliam ascendentibus causam. Delinquentes autem adversus legem de igne

igne adhibendo non nisi sacro, Nadab & Abihu accipiunt acerras suas
 & in iis accipiunt, ignem alienum, non sumptum ex altari holocaustorum, &
 offerunt coram Jehova ignem peregrinum. Ecce vero illico ex summa DEI indignatione adversus offerentes egressus est ignis a facie Jehovæ, & consumxit eos & mortui sunt coram Jehova.
Abulens. & *Vilalp.* inquit, ab altari thymiamatis, quod erat obversum propitiatorio (quod erat quasi thronus DEI) egressus est ignis, qui devoravit Nadab & Abihu. Ipsa enim jam cum thuribulis ingressi erant sanctum, & in altari thymiamatis obtulerant ignem alienum, unde ex eodem altari ulti in eos ignis erupit, puniti enim sunt ob sacrilegium, non mente destinatum sed opere preparatum. Tam hæc sunt divina tam gravia, ut nemini vel minimus relinquere possit scrupulus, nimirum, seriam DEI fuisse voluntatem, ut non nisi igne altaris fierent suffimenta, quem ignem super altaria dimiserat DEUS cœlitus; atque ita acceptum sanctissime servare debe-

debebant. Duravit autem iste ignis e
cœlo demissus super altare, usque ad
constructionem Templi Salomonis; quo
tempore rursus renovatus fuit & demis-
sus alius e Cœlis, 2. Par. 7:1. 2:3. inq Jero-
solymitana Ecclesia custodit⁹ ab eo tem-
pore continuo & diligenter, usque ad ca-
ptivitatem Babyloniam, vel, usqve ad
tempora Manasse, ut sentiunt hebræi,
qvod & est extra controversiam. Po-
stea vero an ignis eodem modo resti-
tutus fuerit in Templo secundo in sen-
tentiarum divortia abeunt Doctores.
Rabbini negant ignem cœlestem fuisse in
templo secundo, quod inter qvinqve res,
qvæ in eodem defuerunt, ut Urim &
Thumin, Oleum unctionis, Spiritum
Prohetiæ & Arcam Domini inter Che-
rubim, etiam Ignis holocaustorum sit
ex eorum assertione. In Libr. San-
hed: Hierosol: cap. Ellu Hen haggo-
lin, i. e. *isti sunt captivi*, ait, Rab. Samuel,
qvingue res defuerunt in ultimo Templo, qvæ
in primo fuerunt. Et unde probatur? ex eo
qvod dictum est Aggei c. 1. v. 8. **וְאַכְפֵּר**
i.e.

i.e. & honorabor vel honorabo, eum, idem dicit
 in libro Joma Rabbi Aha. Ex scriptura
 itaque hujus vocis id volunt elicere,
 quia diminute scriptum est sine lit. ה,
 quæ quinque designat, ad significan-
 dum quinque res, in quibus sanctuari-
 um ultimum a primo fuit diminutum,
 cum ante captivit: Bab: אכבר cum
 ה scribatur. Verum quis non hoc pu-
 erile argumentum rideat, etiam an-
 te captiv: sine ה scribitur ut Esa: 66.
 1. Sam. 30. Num: 24. si itaq; argumentatio
 valeret, etiā ante defuerunt res illæ quinq;
 id quod falsissimum esse, præsertim de
 igne, ex supra dictis, patet. Et non est
 credibile in tantum Judæos insani-
 re voluisse, cum vix impetrasset re-
 ditum ex Babylone, tanquam relaxatio-
 nē pœnæ gravissimæ propter idololatri-
 am toleratæ, ut post pœnam hoc momen-
 to finitam, statim delinqvere inciperent
 in gravissimo hoc ritu & offerre sacrifi-
 cia igne alieno, ob quem noverant in-
 terfectos S: Sacerdotis filios, aut, suæ

libertatis esse crediderint dispensare
 circa sacrific. ignem. Nec legitur fuisse a Prophetis aliquem qui dispensarit.
 Nec illi ad holocausta potuerint procedere, nisi de igne usurpando certiores fuissent. Cum tamen holocaustorum disserta fiat mentio *Esr: 3: v. 3. 16. 17. c. 8. 35. c. 6. 9. 17.* Jam in Sacris monumentis ante captivitatem Babyloniam quoties fit holocaustorum mentio, in Tabernaculo & Templo oblatorum, intelliguntur holocausta igne cælesti succensa. Reddenda ergo ratio, cur post captivitatem per holocausta profano igne succensa sacrificia intelligenda? cum in Sacris sit: ejusmodi mutationis non fiat mentio. Ignis autem in altari succensi expressam facit mentionem *Maccab: 1. v. 10.* וְלֹא תָהִר מִזְבֵּחַ *non lucere facietis altare meum*, sive ut Pagn. habet, *incendetis ignem conf.* *Num: 8. v. 2. Ef: 27. ii.* Qvanquam fabula sit quod *2. Maccab: libri Auctor commentus est*, Jeremiam in puteum abscondisse ignem prioris Templi, ibique post redditum in

inventam esse pro igne aquam crassam,
 quæ assuta sacrificiis, in ignem conver-
 sa sit; quia hoc, nisi per Pontificiam
 transubstantiationem evenisse, velis non
 efficies. Et quantum fidei *lib: Apocry.*
Macc: adhibendum sit ex iis judices,
 quæ notavit Reverendiss. noster Episcopus &
 ProCancell: in Homilia sup. obitum Monarh:
CAROLI XI, ubi prior posteriori preferen-
 dus censetur, & fide Historica indubitatus
 insigni esse in pretio inter lib. *Apocryph:* di-
 citur. Illud tamen non est vero con-
 trarium, quod scribitur, de igne per su-
 bitam e nubibus emicationem solis in
 altari incenso, adeoque ignem de cœlo
 delapsum, conter. *Calov: in B. Ill: ad Gen:*
c. 4. novum prorsus ignem ita DEUS
 misero suo populo indulxit. Sic ut ob-
 tulerint holocausta secundum legem
i. Mach: 4. 18. 4. v. 53. Nam cum ad ad-
 ventum Anti: Epiphanis sacrificia vi-
 guissent inter Judæos, eaque tempesta-
 te Hierosolymis ejecta sit maxima eo-
 rum pars, relictis piis aliquibus; interea
alta-

altare profanatum, Judas victor repur-
gavit Jerosolymas & altari veteri re-
moto, novum extruxit & super illo sa-
crificavit igne cælesti, cum a piis serva-
tus dici poterit. Qvippe etiam ante
fuit Hieros: varie vexata sub Nebucad-
nezare 2. Reg. 24. & tamen ignis cæ-
lestis non fuit confusus, cum igne hostili
nisi quando, omnis Domus DEI accensa
fuit. Et quantum Judæis curæ cordijs hæc
Sacra, pater, quod festum anniversarium
in Mensa Castrense i. e. Novemb. instituerint,
vocatur *in Calendario Judaico λυχνοχαία* a
lychnorum copia, quibus uti solent illis
diebus. *Josepho Phœbu lumina*, seu, quod lux
religionis, fidei & libertatis propemodū
extincta, præter opinionem rediviva
reluxit, seu ob illuminationes cœlestes,
quia ad renovationis primū sacrificiū ex
altaris lapidibus sanctus exiit ignis, jux-
ta commentum, vel forte, sicut olim ad
Salmonis preces ignis descendit de Cœlo.
Præter lumina, quæ in templo & syna-
gogis accendebantur, in singulis quoqz
domibus vespere singuli, toto illo octi-
duo

duo in miraculi memoriam, accendere
 solebant, quæ ardebant per noctes. Atq;
 de his Encæniis videtur, *Johan. c. 10. v. 22.*
 esse sermo, vocat *encyanis*. Conferat *Heins.*
in Arist. s. p. 908. non alia *Encænia* hic posse intelligi
 contendentem, quam *Macchabaica*. Christi
 JESU tempore cum hic in terris obambularer, utique comburebantur sacrificia & holocausta erant, de qvibus vide
 liceat *Matt. c. 5. v. 23. 24. Mab. 8. 4.*
Conf. Lev. 14. v. 12. 20. 22. Marc. 12. 33. Luc. 2. 24.
Conf. Lev. 12. 8. Docent Rabbini nonnulli,
 qvod ad tempora *Hillelis Justi ignis* strues
 semper custodiebatur, quo mortuo non nisi
 sacerdotes quotidie ligna imponerent. Hieros.
in Toma. apud Otton: in Lexic. Hujus *Hillelis* tempora paulo ante Christum
 inciderunt, siquidem communis Docto-
 rum opinio est, *Simeonem* qui Christum
 ulnis gestavit, fuisse *Hillelis* filium, cu-
 jus, etiam tempore tradiderunt Rab-
 banum, nempe *Simeonis Justi*, quod *ignis* quæ
 in altari Domini semper ardere debebat, sem-
 per validus erat, nec oportebat ligna ibidem
 apponere exceptis diuibus assellis. Et tunc vero,

quandoque validus erat, quandoque non & tam
mensacerdotes nunquam cessabant tota die ligna
apponere. Hec in lib: alleg: Talm: in capite
Tereph Bekalpi. Et ex his ipsis Judaicis
traditionibus satis etiam apparet, ignem
cum sacrificiis, paulo, juxta ipsorum
mentem, ante destructionem Jerusalem
adhuc adfuisse inter Judæos, licet se-
cundum Rabbinorum relationem, sub-
inde ante destructionem, mutationibus
quibusdam communibus obnoxius ma-
gis reddi videretur. Prostant verba in
Talmude Babyl: in cap. שבעתים sept. dies,
quæ cum sint prolixa, hic jam non opus
apponere.

CAPUT TERTIUM.

Mam excipit dicendum, quid de
hoc igne sacro tradiderint Rab-
bini, ut, quæ præterea ad cogni-
tionem τῆς διόν facere videntur, brevi-
ter exponamus. Ad commenta Rabbini-
ca referendum putamus hoc Rab. Abarb.
qui suo principio innixus, ignes glorio-
sos,

sos, cælitus a DEO demissos, omnes
 esse lucem illam primi diei, & in ulti-
 justorum a DEO repositam, adeo ut
 unus idemque numero ipsi sit ubique,
 ubicunque dicitur ignis de cælo descen-
 disse, vel gloria Domini, ignis specie
 apparuisse. Hinc scribit ad Exod: 40.
 Et hic Divinus ignis creatus, quem scriptu-
 ra vocat gloriam Domini, est ille, qui ascen-
 dit super altare, Et apparuit gloria Domini,
 idem ille fuit qui sepius apparuit in deserto
 ad ostium tentorii conventus, idem etiam
 qui descendit Et implevit domum Domini
 quam edificavit Salomo. Junii etiam opi-
 nione fuit lucem illam primævam fuisse
 ab igne Elementari, & si quæ aliæ cir-
 cumferuntur sententiæ de ista luce, quas
 cum nunc non sit propositi nostri sub-
 includem discussionis, revocare, dici-
 mus, neque quemquam aliquid, con-
 tra nos obtinere ex dicta luce, nec
 quicquam prætii accedere ex ista luce,
 ad hunc nostrum ignem miraculosum
 & extraordinarium, quem fuisse cœ-
 lestem atque cælitus a DEO demis-
 sum

sum esse, sufficit ut sciamus. Non ut
 forte sub concavo lunæ existens in hæc
 inferiora protrusus sit, sed DEO soli,
 & modum productionis & invasionis
 in hæc inferiora adscribere necesse ha-
 beamus. Neque enim curiositas nostra
 quicquam hic firmi effingere valet,
 cum difficillimum sit definire, de qua re
 scriptura nihil tradit. De speculis u-
 rentibus non abnuerimus quod per ista
 solis radii colligantur, collecti refran-
 gantur in materiam objectam, & hoc
 pacto urant & incendant. Nam notis-
 sum est quod Archimedes urentibus
 speculis hostium triremes incenderit,
 referente quoque *Leranio l. 2. c. 33. de Oculis
naturæ.* Apud Zonaram & Sigbertum in
Chron. Balinicus architectus ab Heliopoli
 Syriæ ad Romanos confugit, ignemque
 marinum simili modo adinvenit, quo
 usi Romani naves Saracenorum exuf-
 ferunt. At ignis noster sacrificialis seu
 cælestis citra omnem speculorum ad-
 hibitum usum, citra omnia alia media,

divi-

divino solo motu fuit demissus supercarnes crudas & humidas, & qvidem ut lamberet etiam cinerem & aquam, sicut factum fuit in historia sacrificii Eliæ, id qvod de igne Archimedis vel aliorum dici nequit. Ignem toven-dum fuisse vere naturalem, & ab hominibus accensum, cui supernaturalis & cœlestis ignis extraordinarie qvandoqz supervenerit, ubi DEUS gloriam suam peculiariter manifestare vellet, probabile fieri qvidem potest, qvia præcep-tum datum Israelitis, priusquam qvic-qam audivissent aut scirent de igne cœlitus demittendo, illud en. ipsis de-mum revelatum fuit, primis Aronis sa-crificiis, quid? qvod accensa videantur ab Arone sacrificia, ante ignem cœlitus delapsum. Verum si consideretur esse *Anticipationem* seu *antilepsin* in scripturis valde usitatam, atque præceptum dari de igne nutriendo, ubi semel arsisset, facile dispalelcit, ignem, ut aliorum, ita imprimis Aronis sacrificiis cœlitus de-lapsum, postmodum perpetuo in altari

permanisse. Est Hebræorum Docto-
 rum mens, inter illos Caskuni, adstipu-
 lante etiam Buxtorfio in Exercit: de Igne
 sacro, quas tamen, nobis non contigit
 videre, quod si eius copia facta fuisset,
 potuissimus hæc plenius tradere. Di-
 cunt, inquam, Hebræi Ignem qui ap-
 paruit supra Tabernaculum cum illud
 erigeretur recessisse in S. S. ibique
 mansisse & suam quasi prohabitatio-
 nem habuisse continuoque ibi ignis stri-
 eturas remansisse, indeq; egressum qvan-
 do opus esset flamas erupisse, & has,
 Sacrificiis consumtis in locum suum re-
 diisse. Fieri namque potuit, ut ab illo
 igne qui Tabernaculum operuit, & glo-
 ria Domini, quæ illud replevit, flam-
 ma quædam subita eruperit, sacrifi-
 cia altari imposita invaserit, & eo mo-
 mento consumserit. Hinc fortassis est
 quod dicitur; Et egressus est ignis
 מִלְפָנֵי a coram Domino, h. e. Sancto
 Sanctorum, ubi arca erat, faciei seu
 præsentiae & habitationis Divinæ pro-
 prium & peculiare quasi τημένον. Con-
 tinuo

tinuo autem ibi ignem reledisse indeq; egressū esse, conjectura magis est, qvam aliquva firma, cui tuto superstrui possit, sententia. Neq; Majestati Divinæ & miraculo ipsi, qvo suam præsentiam testabatur DEUS, derogat qvicqvam, aut ejus vis sic enervatur, si dicatur ignem illum cælitus delapsum, qvi gloria Domini dicitur, & erat divinæ præsentiae Symbolum & qvasi vehiculum, in Altari illo æneo in atrio extra Sanctum, qvod qvater amplius Mosaico fecit altitudine Salomon, videlicet X cubitorum, cum igne materiali commixtum qvasi, recubuisse & alimentis ignis vulgaris & lignorum continuo sic conservatum fuisse. Cum & ex supra nominata sententia ignem cælestem materiali supervenire & miseri necesse erat. Neq; opus est, ut dicatur, ignem igni mixtum esse; sed ignem cælitus demissum appositis lignis modo fotum esse, qvod haud obscure ex scriptura colligi potest. B: D: Pheifferum hic seqvor, neq; enim alios

michi

mihi hac de re planius scripsisse con-
 stat. Factum autem id non ex necessi-
 tate, sed ex divina ordinatione. Nam
 volebat DEUS, vel in ipsa initiatione
 altaris & sacrificiorum Leviticorum te-
 stari, sibi præsentia omnia & secutura
 grata fore, & hac ratione certos facere de
 divina approbatione, atq; igni undecunq;
 esset, inde sinenter subministrari pabulū.
 In altari tres strues lignorum quotidie
 fuisse compositas dicunt Hebræi, ut
*Rab: Mof: Ægyptius, de quibus singulatim
 hoc prodidit in Halachill Temidim & Mu-
 aphim.* Prima strues magna erat, in
 qua juge sacrificium, cæteraq; quæ of-
 ferebantur apponebant. Secunda ad la-
 tus ejus minor fuit, de qua ignem ex-
 ceptabant acerra, ut suffimenta ado-
 lerent altero altari Thymiamatis seu
 suffitus inaurati, inter mensam au-
 ream & candelabrum positi, in sancto.
 Tertia illud duntaxat habuit, quod ra-
 tam faceret legis hujus Divinæ præce-
 ptionem, quæ ignem perpetuum in
 altari manere jubet. Huc sortilegio eli-
 ge.

gebantur Sacerdotes ad sacra faciendum
ævo posteriori, juxta decretum Synedrii
Magni. Nam cum Sacerdotes, eo quo
ardebant zelo, omnes vellent suo die
primi sacra facere, & certatim curre-
rent atque æmularentur invicem, uter
alterum occuparet, factum est, ut con-
suetydinem, quæ parum venerationis,
confusionis multum habuit, consultum
duceret Synedrium corrigere, inventis
sortibus definituris, quænam inter sa-
cra quotidiana, cuiuslibet forent partes.
Adeoque prima sors designabat uter
purgaret altare holocaustum, tripli-
cem in eo rogum, primum & eum qui-
dem maximum ad cremandas viætmas,
secundum, ut ex ejus prunis implere-
tur thuribulum ad suffitumadolendum,
tertium, ad conservandum ignem per-
petuum extrueret. Is idem thuribulum
prunis plenum ex altari deportabat in
sanctuarium & coram altari suffimenti
deponebat. Et erat festum ξυλοφοειας
apud Judæos solenne, quo ligna ex
sylvis ad sacrificia & alendum æternum

ignem portabantur. *Talmudici* certos dies familiis singulis ad rem eam constitutos fuisse dicunt; seu statum quemq; diem plures familias puta viginti & triginta hujus officii causa sociasse, & quidem ex Hierosolymitanis. E& holocaustum spontaneum offerebant, quod קָרְבָּן הַצְּבָא vocatum. Ceterum de igne sacro h&ec tradunt *Talmudici* in *Yoma* c. i. f: 21. Quinque res dicuntur de igne struis lignorum, in altari recumbebat sicut Leo, purus erat instar Solis, continebat aliquid solidi, consumebat humida pariter ac arida, deniq; nullum emittebat fumum. Post pauca, Quomodo dicitur; recubuisse sicut Leo? Annon traditio extat, quod R: Channa antistes sacerdotum dixerit: vidi eum cubantem instar Canis? sed id facile solvitur, illud de leone intelligendum est de templo primo, hoc de cane de templo secundo. In *Capitor Vaphe-rach* f: 70 ex lib: *Torat haolah* p. 3. c. 2. Ita analogia ignis sacri ad Leonem &

Ca-

Canem non *de forma* sed *constitutione* æstimatur, & dicitur, quod in templo primo ubi multi viri pietate excellentes fuerunt, cubuerit *instar Leonis* discerpentis, devorantis & alimento abundantis; in templo vero secundo, seculo piorum minus felici, cubuerit *instar canis.* i.e. tenuis & alimento indigus. Placet & Philologis ratio, Leoni altare holocaustorum conferri commode potuisse, quod *instar leonis immanis*, devorantis prædam, ablumeret victimas innumeras, eorumque sanguine maderet. Cum vero hoc fieret ex divino instinctu hinc אַרְיָא dicebatur. Inde piam rationem appellationis aliqui addunt, dici altare ARIEL qvia Leonis de tribu Juda typus erat Apoc. 5. v. 5. Heb. 13. 10. Imo ignis hujus nostri sacri mysticam rationem inde reddunt, ex intima Theologia depromptam. Et fatemur nos in animo habuisse caput quartum dissertationculæ nostræ, construere de illa ipsa re; verum cum nostri instituti non esse, ea

ea in medium proferre, deprehendamus,
 (nos enim Legem DEI ostendere sat ha-
 bemos cum consilium ejus in scribenda
 lege investigare non intendamus) atq; te-
 nore Const. Ac. c. 18. cautum esse, quod
 disputationes, quæ dogmata Theolo-
 gica attingunt censuræ superioris Fa-
 cult. subjiciendæ sint, antequam in pu-
 blicum emittantur: consulto itaq; ab-
 rumpimus filum. Lectori autem Be-
 nevolo devotoque hic coronidis loco
 apponimus oppido synceri Theologi ju-
 dicium, quod & utramque paginam
 facit: Ignis Cœlestis notabat ignem
 quo consumptum est sacrificium Christi,
 tum amoris Divini erga Genus huma-
 num, tum iræ flagrantis aduersus pec-
 catum, ut hoc expiato illud salutem con-
 seqveretur. Perpetuo fovendus erat i-
 gnis, quod virtus passionis Christi instar
 perpetui ignis animis nostris perpetuum
 sit pabulum & semper in nobis servari,
 ardere, & lucere debeat puritas
 verbi crucis.

HALLELU-JAH.